




[redacted]

FLORA
BELGII
SEPTENTRION.

VOL. I. PARS. I.

FLORA
BELGII SEPTENTRIONALIS,

SIVE

INDEX PLANTARUM INDIGENARUM, QUAE HUCUSQUE IN VII PROVINCIIS FOEDERATIS REPERTAE SUNT.

VOL. I.

Plantas Phanerogamas continens.

FLORA
VAN
NOORD-NEDERLAND,

OF

KORTE AANWIJZING DER IN HET WILD WASSENDE PLANTEN, WELKE TOT NU TOE IN DE VOORMALIGE VII VEREENIGDE GEWESTEN GEVONDEN ZIJN.

I. DEEL.

Zigtbaar bloeijende Planten.

DOOR

H. C. VAN HALL,

Lid van de Maatschappij van Landbouw te Amsterdam, Correspondent van de *Societ. d'Hist. natur.* te Parijs; Med. Doct. te Amsterdam.

Te AMSTERDAM, bij

J. C. SEPP EN ZOON.

1825.

Tanti ego .... indigena facere soleo, ut religione quadam ad ea exploranda teneri et Physicos, et Botanicos, et Medicos existimem. — Non qui multa novit, sed qui utilia, sapit. — Et maxima laus est, civitati inservire.

S. J. BRUGMANS.

Orat. de accur. plant. indig. notitia p. 9.

PRAEFATIO.

Plantarum, quas Patriae solum gignit, cognitio, non minus insigni, qua Botanices cultores afficit, voluptate, quam egregia, quam per caeteras humanae cognitionis partes exserit, utilitate, maximopere sese commendat. Est enim haec illa cognitio, qua Medico herbae indicantur indigenae, ultro omnibus obviae et nostratium morbis mirifice accommodatae; quaeque proinde plantis exoticis, pretio carioribus, usu propter vehementiam magis periculosis, summo saepe jure praeferantur. Eadem Agricolae damnosa simul et saluberrima vegetabilia monstrat, cumque modum docet, quo alia ex suis agris arceat, alia in suos usus convertat. Mitto omnem herbarum in usus hominum culturam. De sylvarum reditu ex hac cognitione amplificando non dico. Sed hoc addo, ad summam universae Reipublicae eam pertinere, ob multiplicem plantarum indigenarum in variis artibus usum. *Ericeta* autem, qua ratione fertiliora reddantur, *turfarum* incremento quomodo prospiciamus, denique, quod caput est, *dunas* nostras, optimum illud Belgii praesidium, quo pacto confirmemus, indigenarum plantarum cognitio docet.

Quid-

VOORREDE.

De kennis der planten, welke onze vaderlandsche grond oplevert, is, niet alleen door het genoegen, hetwelk zij den beoefenaar der plantkunde verschaft, maar ook door het groote nut, hetwelk de overige vakken van menschelijke kennis van haar ontleenen, ten hoogste aanbevelenswaardig. Zij toch is het, die den geneesheer de inlandsche kruiden leert kennen, welke overal voorhanden en voor de eigene ziekten van ons land uitmuntend geschikt zijn, en deswege dikwerf met het grootste regt verkozen worden, boven vreemde gewassen, welke hooger in prijs en, door heviger werking, somwijlen in het gebruik gevaarlijker zijn. Zij wijst den landman de schadelijke zoo wel, als de nuttige planten, aan en leert hem, hoe hij van de laatste een voordeelig gebruik maken en van de schadelijke onkruiden zijnen akker zuiveren kan. Ik zwijg van haren invloed op de plantkweekerijen, tot verschillende doeleinden ingerigt, en op de vermeerderde opbrengst der bosschen, en voeg er alleen bij, hoe zij in verband staat met het welzijn van den geheelen Staat, wegens het veelvuldig gebruik der inlandsche planten in onderscheidene kunsten en handwerken. Die zelfde kennis eindelijk leert ons, hoe wij de *heidegronden* tot grootere vruchtbaarheid brengen, hoe wij den wederaangroei van den *turf* bevorderen en hoe wij onze zoo belangrijke *duinen*, dien heerlijken voormuur van ons vaderland, tegen het geweld van zee en stormen bevestigen kunnen.

Quidni igitur, antequam plantas nostras ad medicam aliasve artes conferamus, ipsas accuratius cognoscamus? Quidni nostra imprimis interesse putemus, ut apto ordine indicentur, ut sciamus, quaenam plantae apud nos, et quo loco, crescant et quibus notis distinguantur, verbo, ut Belgii nostri conscribatur Flora, ad normam recentiorum in hisce cognitionum exactam, qualem hactenus frustra desideravimus?

Profecto ut nemo aequus harum rerum arbiter summam rei negabit utilitatem, sic erunt fortasse nonnulli, qui metuant, ne sic iniqua de iis, qui hactenus in conscribenda ejusmodi Flora operam collocarunt, feratur sententia. Neque is ego sum, qui GORTERI, viri summi, qui post MEESII *Floram Frisicam* (1760) primus hanc rem aggressus est, *Floram VII Provinciarum* (1781) parvi faciam. Sed hoc volo, tum propter *genera* omnino non descripta, tum propter *species* satis multas, post viri aetatem rectius cognitas, nostris quidem temporibus, Patriae *Floram* eam appellari non posse. Viderunt hoc, tum alii, tum maxime doctissimi Botanici S. J. VAN GEUNS (1788) et J. L. G. DE GEER (1814), qui, *Spicilegiis* maxima cura elaboratis, partem ejus, quod Florae deerat, suppleverunt. Alia additamenta praebuerunt, tum Vir clar. KOPS in Flora Batava, tum Vir clar. REINWARDT in appendice, quam opusculo, quod de plantis indigenis scripserat SCHUURMANS STEKHOVEN, subjunxit. Hic enim varia scriptorum inventa in unum colligere tentaverat; (*Kruidkundig Handboek* 1815) at species varietatesque non rite distinxerat, loca natalia, plurimis omissis, ad verbum, neque id satis caute,

de-

Voor dat wij echter onze planten in de geneeskunst, of tot andere oogmerken aanwenden, behooren wij dezelve naauwkeurig te kennen, en hiertoe is eene juiste opgave van dezelve, volgens eene geschikte orde, noodzakelijk, om te weten, welke planten bij ons voorkomen, waar zij groeijen en door welke kenteekenen zij onderscheiden worden. Van hoeveel belang is dan niet eene *Flora* van ons vaderland, op de hoogte der nieuwste ontdekkingen in dit vak, waarnaar wij tot nu toe vruchteloos hebben uitgezien!

Inderdaad, geen onpartijdig beoordeelaar zal het groote nut van zoodanige onderneming wederspreken, doch sommigen zullen het er welligt voor houden, dat ik een te streng oordeel vel over hen, die zich tot nu toe met dit onderwerp hebben bezig gehouden. Dit is er echter zeer verre af, en ook ik acht eenen DE GORTER zeer hoog, die na de *Flora Frisica* van MEESE (1760), in zijne *Flora* onzer VII vereenigde gewesten (1781) het eerst dit werk heeft aangevat. Zijn arbeid kan echter, in onzen leeftijd, geene *Flora* van ons vaderland genoemd worden, zoo wegens de geheel ontbrekende beschrijving der *geslachten*, als vooral wegens het groote aantal soorten die men na zijnen tijd beter heeft leeren kennen. Dit gebrek is onder anderen opgemerkt door de bekwame plantkundigen S. J. VAN GEUNS (1788) en J. L. G. DE GEER (1814), die, in twee allernaauwkeurigst uitgewerkte Bijvoegsels, een gedeelte, van hetgeen nog aan onze *Flora* ontbrak, hebben aangevuld. Andere bijdragen vinden wij in de *Flora Batava* van den Hoogleeraar KOPS en in een aanhangsel van den Hoogleeraar REINWARDT, gevoegd achter het werkje, door den Heer SCHUURMANS STEKHOVEN over onze inlandsche planten geschreven. Deze had namelijk in een *Kruidkundig Handboek* getracht, de ontdekkingen onzer vaderlandsche schrijvers in één geheel te verzamelen, doch hij had de *soorten* en *verscheidenheden* niet regt onderscheiden en van de groeiplaatsen vele

descripserat, neque ullis propriis observationibus rem illustraverat. Quare is quidem libellus, communi optimorum Botanicorum consensu, nullius amplius usus esse potest — Partem denique Florae nostrae ipse, aliquot abhinc annis, in ordinem redigere conatus sum, in *Synopsi Graminum indigenarum*, Traj. 1821; in quo opusculo, amicorum opera adjutus, nonnullas novas species indigenas indicavi.

Aderant sic Florae conscribendae adminicula; sed, qui ea componeret, habebatur nemo et rei herbariae apud exteros incrementa insignia, in dies tum difficilem magis, tum vero etiam magis necessariam, aptam plantarum in Belgio sponte nascentium distributionem efflagitabant.

Itaque, quod alii non aggrediebantur, ipse suscipere ausus fui, pro parte Regni *Septentrionali*, quoniam meridionalem partem hoc nomine non satis cognoveram. Difficilem susceperam provinciam, at spe fretus fore, ut Botanici, quos inter Nostrates numeramus, huic proposito faverent. Eventus exspectationem superavit et Viri clarissimi REINWARDT, VROLIK, KOPS, doctissimique Botanici DE BEIJER, VAN SPIJK VERMEULEN, BEUCKER ANDREAE, DUMORTIER, BERGSMA, VAN DEN ENDE, VRIJDAG ZIJNEN, VAN DIJK, DUBOIS, VAN DER KOLK, J. NIJHOFF et S. SCHELTEMA, difficilem operam multo leviorem reddiderunt. Multum me omnibus debere hic lubens profiteor, quid singulis acceptum referam suo loco indicabo.

Prae

overgeslagen en de overige woordelijk, en met weinig omzigtigheid, afgeschreven, zonder door eigene waarnemingen de zaak op te helderen. Weshalve dit werk, volgens het eenparig oordeel der beste plantkundigen, van geenerlei nut meer zijn kan. — Een gedeelte eindelijk onzer *Flora* heb ik zelf, voor eenige jaren, getracht te bewerken, in mijne *Synopsis graminum indigenarum*, te Utrecht in 1821 uitgegeven; in welke verhandeling ik, door medewerking mijner vrienden, enkele nieuwe inlandsche soorten heb opgeteekend.

Er bestonden dus reeds verscheidene bouwstoffen voor eene *Flora* van ons land, maar er was niemand die dezelve trachtte te gebruiken, terwijl de groote vorderingen der *Botanie* in de naburige landen, eene geschikte opnoeming en rangschikking der bij ons in het wild wassende planten, dagelijks moeijelijker, maar dagelijks ook noodzakelijker maakten.

In dezen stand der zaken, besloot ik zelf te ondernemen, hetgeen ik zag, dat door anderen niet werd begonnen; doch bepaalde mij tot het *noordelijk* gedeelte van ons Koningrijk, omdat ik het *zuidelijk* gedeelte in dit opzigt niet genoeg kende. Ik nam deze moeijelijke taak op mij, in de hoop dat de plantkundigen, welke wij onder onze landgenooten tellen, deze poging zouden begunstigen, en ik zag hierin mijne hoogste wenschen overtroffen, daar de Hoogleeraren REINWARDT, VROLIK en KOPS en de ervarene plantkundigen DE BEIJER, VAN SPIJK VERMEULEN, BEUCKER ANDREAE, DUMORTIER, BERGSMA, VAN DEN ENDE, VRIJDAG ZIJNEN, VAN DIJK, DUBOIS, VAN DER KOLK, J. NIJHOFF en S. SCHELTEMA mij den moeijelijken arbeid veel gemakkelijker maakten. Met genoegen erken ik, dat ik aan allen veel verschuldigd ben en hoop ter zijner plaats aan te wijzen, wat elk van hen in het bijzonder mij heeft medegedeeld.

* 3 Voor

Prae caeteris vero jam nunc memorandus V. cl. REINWARDT, qui, cum jamdudum plantas indigenas attento animo considerasset, hac opportunitate locupletissimum suum plantarum indigenarum herbarium et accuratissimas de Flora nostra adnotationes, ea qua est humanitate mihi usui tradidit. V. cl. VROLIK, indicandis plantis, quas prope pagum *Baarn* viderat, et librorum suorum usu concedendo, de hoc opere optime meritus est. V. cl. KOPS, tum suas, tum alias etiam, quas in GEUNSII manuscriptis invenerat, observationes mecum communicavit. Doctiss. DE BEIJER plantarum, quas prope Neomagum legerat, species plurimas indicavit, in Provinciis nostris nondum repertas. DUMORTIER, Botanicus doctissimus Tornacensis, mihi herbas rariores, quas in itinere per Zeelandiam observaverat, per litteras indicavit, quod eo gratius mihi accidit, quia haec provincia a Botanicis recentioribus numquam perscrutata fuit.

Flora nostra horum omnium laboribus ditata, altera mihi restabat difficultas, plantarum nempe *Cryptogamicarum* studium; ad quam Florae partem, una cum reliquis tractandam, vires omnino impares sentiebam. Ne autem hoc, nimis longo post *Phanerogamas* interposito intervallo, in lucem ederetur, auxilio fuit amicissimus W. P. VAN DEN ENDE, qui plantis *Cryptogamicis* magnam operam impertivit, quique eas altero volumine, quam cito fieri possit, editurus est.

Quod

Voor allen echter moet ik mijnen hoogsten dank betuigen aan den Hoogleeraar REINWARDT, die, na dat hij reeds lang met de grootste oplettendheid onze inlandsche planten had gadegeslagen, mij bij deze gelegenheid zijne rijke verzameling van inlandsche gedroogde planten en zijne allernaauwkeurigste aanteekeningen over onze *Flora*, met de hem eigene welwillendheid ten gebruike heeft toevertrouwd. De Hoogleeraar VROLIK was mij, door de opgaaf der planten, in de omstreken van het dorp Baarn gevonden, en door het leenen van sommige botanische werken, mede van grooten dienst. De Hoogleeraar KOPS heeft mij, niet alleen alle zijne eigene aanteekeningen, maar ook die, welke hij in de handschriften van VAN GEUNS gevonden had, medegedeeld. De Heer DE BEIJER gaf mij, onder de planten, welke hij bij Nijmegen vond, verscheidene soorten op, die vóór hem nog nooit in onze gewesten waren opgemerkt. De Heer DUMORTIER eindelijk, een zeer bekwaam Botanist te Doornik, gaf mij in zijne brieven de lijst der zeldzame planten, welke hij op een reisje door Zeeland opgemerkt had, hetgeen mij des te meer welkom was, daar deze provincie door onze latere plantkundigen nooit doorzocht is geworden.

Onze *Flora* door alle deze bijdragen verrijkt zijnde, bleef er mij nog ééne zwarigheid over, de moeijelijkheid namelijk der beoefening van de *Cryptogamische* planten, welk gedeelte onzer *Flora* ik wel gevoelde, niet te gelijk met het overige te kunnen afwerken. Ten einde echter deze klasse, niet te lang na de uitgave der *Phanerogamen*, in het licht zoude komen, heeft mijn vriend de Heer W. P. VAN DEN ENDE, die reeds lang veel werk van de *Cryptogamische* planten gemaakt heeft, dit gedeelte van mijne taak op zich genomen en zal deze planten in een tweede deel, zoo spoedig mogelijk, uitgeven.

 Wat

Quod jam ad meum pensum attinet, in hoc volumine *Phanerogamas* plantas *Belgii partis Septentrionalis* exponere conabor, ordinem secutus LINNAEI Systematis sexualis, tum quod illud Nostratibus usu maxime est cognitum, tum quod illud ad *specialem* cujusdam regionis Floram omnino aptissimum censeo. Ut vero plantarum inter se affinitates uno oculorum intuitu cerni possint, conspectum generum secundum *familias naturales* CANDOLLII in Flora Gallica operi subjunxi. Clavem autem generum, singulis Classibus praemissam, atque observationes, generum et specierum characteribus additas, lectoribus ad perspicuitatem utiles fore spero; de quibus hoc moneo, omnia ea, quae in *phrasi characteristica* parenthesi inclusa leguntur, non scriptori, quem eo loco laudavi, sed mihi esse adscribenda. Dolendum sane me hasce *phrases* non ad unam eandemque rationem exigere potuisse, sed nec ROEMER et SCHULTES in *Systemate Vegetabilium*, nec CANDOLLIUS in *Flora Gallica* omnia Patriae vegetabilia descripserunt, nec PERSOONII characteres in omnibus generibus optimi censendi sunt. Itaque tres illi scriptores *phrases* mihi praebuerunt, quibus proprias observationes adderem; PERSOONII tamen generum specierumque seriem universe secutus sum. SPRENGELII novissimam Systematis vegetabilium editionem nimis sero accepi, quam ut hanc quoque in usus vocare potuissem. — Brevitatis ergo *Synonyma* tantum praecipua et tres vel quatuor *icones* plantarum adduxi. Tempus florendi, quantum in me erat, sedulo notavi et typis *curren-*

Wat dan dezen mijnen arbeid betreft, zoo zal ik in dit deel de *zigtbaar bloeijende* planten onzer *Noordelijke gewesten* trachten op te geven volgens de rangschikking van LINNAEUS, aan welke onze landgenooten niet alleen het meest gewoon zijn, maar die ik ook voor de bijzondere *Flora* van een land, het meest geschikt houde. Ten einde men nogtans de verwantschap der planten onderling met éénen oogopslag zoude kunnen aanschouwen, heb ik een overzigt der geslachten, volgens de *natuurlijke familien* van DECANDOLLE, in deszelfs *Flora* van Frankrijk, aan het einde van mijn werkje geplaatst. Duidelijkheidshalve heb ik ook eenen sleutel der geslachten voor iedere klasse gesteld en sommige aanmerkingen bij de beschrijvingen der geslachten en soorten gevoegd; waarbij ik echter moet opmerken, dat al hetgeen in de *kenschetsende phrase* tusschen twee haakjes gesteld is, niet aan den daar ter plaatse aangehaalden schrijver, maar aan mij zelven moet toegekend worden. Het deed mij leed, alle deze *phrasen* niet naar éénen maatstaf te kunnen opmaken, daar noch ROEMER en SCHULTES in hun *Systema Vegetabilium*, noch DECANDOLLE in zijne *Flora* van Frankrijk, onze inlandsche planten alle vermelden en ook de beschrijvingen van PERSOON niet in alle geslachten gelden kunnen. Ik heb derhalve de karakters der gewassen uit deze drie schrijvers uitgekozen, er mijne eigene opmerkingen bijgevoegd, doch over het algemeen de volgorde der geslachten en soorten van PERSOON behouden. De nieuwste uitgaaf van het *Systema Vegetabilium* door SPRENGEL is mij te laat ter hand gekomen, dan dat ik ook hiervan gebruik zoude hebben kunnen maken. — Kortheidshalve heb ik alleen de voornaamste namen van gelijke beteekenis (*Synonyma*) van andere schrijvers en drie of vier afbeeldingen der plant opgeteekend. Den bloeitijd heb ik, zoo veel in mijn vermogen was, met naauwkeurigheid vermeld en met

tibus, quos vocant, ejus mensis exprimendum curavi nomen, quo plantam, a me aut amicis lectam, *ipse* florentem videram. Loca natalia, exceptis plantis frequentioribus, secundum ea, quae typis mandata jam exstant et secundum communicatas amicorum aut meas ipsius observationes indicavi; adposito signo exclamationis (!) post nomen illorum, quorum specimina sicca ipse oculis videram, quam probabilem sane agendi rationem in usum induxit CANDOLLIUS. Signo autem interrogationis istas notavi species, de quibus mihi dubitandi causa remanserat. Reliquas notas quibus, brevitati consulens, ubique usus sum, post praefationem explicui.

Belgicam totius opusculi versionem Nostratium nonnullis non ingratam fore confido. In hac autem conscribenda et vernaculis nominibus plantis imponendis, quantum fieri posset, vocabulis usus sum, quibus V. cl. KOPS in Flora Batava jam usus erat. Pauca tamen in his mutanda censui, cujus quidem mutationis rationem non ubique in hoc opusculo expressis verbis reddere potui, ne volumen nimis inaresceret. In posterum fortasse aliquando plantarum Terminologiam Belgicam data opera indagaturus, nunc id praesertim egi, ut ipse saltem iisdem semper terminis per integrum opusculum uterer; cujus rei utilitatem probare opus non erit.

Et sic quidem huic praefationi finem imponere possem, nisi unum hoc addendum putarem.

Erunt

cursyve letters de namen der maanden doen drukken; in welke ik de plant, door mij of mijne vrienden gevonden, zelf in bloei gezien had. De groeiplaatsen heb ik, behalve bij de meest gemeene planten, overgenomen uit hetgeen reeds in druk is uitgekomen, of mij uit de medegedeelde opmerkingen van mijne vrienden of uit mijne eigene aanteekeningen gebleken was; terwijl ik, volgens de zoo nuttige, door DECANDOLLE ingevoerde, handelwijze, een uitroepingsteeken geplaatst heb, achter de namen van hen, wier gedroogde planten ik zelf gezien had. Met een vraagteeken heb ik daarentegen die soorten aangewezen, bij welke mij nog eenige twijfel was overgebleven. Van de overige door mij gebruikte verkortingen zal men de uitlegging achter deze voorrede vinden.

De hollandsche vertaling van het geheele werk zal, vertrouw ik, aan sommige mijner landgenooten niet onaangenaam zijn. Hier bij, en bij de hollandsche namen der planten, heb ik, zoo veel mogelijk, die kunstwoorden gebezigd, waarvan de Hoogleeraar KOPS reeds in de *Flora Batava* gebruik gemaakt had. Eenige weinige woorden heb ik echter gemeend te moeten veranderen, van welke verandering ik echter niet overal, ten einde het boekdeel niet nog grooter zoude worden, de reden heb kunnen opgeven. Mij in het vervolg welligt nog nader over de hollandsche kunstspraak voor plantkunde zullende verklaren, heb ik mij thans inzonderheid daarop toegelegd, om zelf ten minste, door het geheele werk, dezelfde kunstwoorden te gebruiken; iets, waarvan ik het nut niet zal behoeven te betoogen.

Ten slotte meen ik nog te moeten opmerken, dat er welligt sommigen zullen gevonden worden, die van gevoelen zijn, dat ik onze *Flora* te vroeg, en voor dat zij volkomen genoeg is, in het licht geef. De-

Erunt fortasse nonnulli, qui me, citius quam oporteat, Floram nostram nondum satis perfectam in lucem edidisse arbitrentur; at, quaeso, hi cogitent: Floram Patriae omni parte perfectam, hisce quidem temporibus, haudquaquam confici posse, cum nondum omnes Provinciae pari studio perscrutatae sint et Drenthia, verbi causa, plenam etiamnunc messem Botanicis polliceatur; me vero unice tentasse inventorum de Flora nostra ubique dispersorum collectionem atque in facilem ordinem dispositionem. Plura nova hisce addidi, sed neutiquam Floram nostram ab omni parte absolutam esse arbitror.


Quodsi, ut fere fieri assolet, quaedam aut minus accurate conscripta, aut omnino falsa, Botanicis nostris videantur, viros doctos, ne ea me celent, rogatos volo. Nihil enim antiquius habebo, quam ut, corrigendis ejusmodi erroribus, ipsis gratum meum animum declarem. Mecum communicari velim similiter, quae ab aliis reperiantur nova, operi ad perfectionem addenda. Sic novo documento sese prodat studiorum illa et inventorum inter Botanicos nostros communio, quam, in hoc opusculo conscribendo, summo meo emolento, expertus sum! Quod ad me quidem attinet, quatenus per officii mei rationem et virium tenuitatem fieri possit, excolendae rei herbariae operam dare non desinam. Scribebam Amstelodami die 25 m. Martii 1825.



Dezen echter kan ik reeds als bij voorraad antwoorden, dat eene geheel volkomene *Flora* van ons Vaderland voor als nog niet is op te maken, daar nog niet alle onze gewesten even naauwkeurig zijn doorzocht, en Drenthe, bij voorbeeld, den plantkundigen nog eenen rijken oogst belooft. Ik heb alleen getracht, de hier en daar verspreide ontdekkingen, in eene geleidelijke orde bijeen te verzamelen, en houde onze *Flora*, ofschoon ik er veel nieuws heb mogen bijvoegen, echter op verre na nog niet voor volledig.

Mogten onze Botanisten in mijnen arbeid, en dit zal zeker het geval zijn, onnaauwkeurigheden of dwalingen aantreffen, ik bid hen, mij mijne feilen aan te wijzen. Ik zal mij haasten dezelve te verbeteren en hen op deze wijze mijne erkentenis kunnen betoonen. Zijn er anderen die in staat zijn, eenige nieuwe ontdekkingen bij mijn werk te voegen, dat zij, door de mededeeling daarvan, mijne poging helpen volmaken, en alzoo een nieuw bewijs geven van die vriendschappelijke medewerking en mededeeling der ontdekkingen, welke onder de Botanisten van ons vaderland bestaat en aan welke ik, voor dit mijn werkje, zeer veel verschuldigd ben! Wat mij betreft, ik zal niet ophouden mijn werk te maken van de beöefening der plantkunde, voor zoo verre mijn pligt en beroep en mijne krachten dit zullen toelaten.





INDEX NOTARUM,

in hoc opere, brevitatis causa, adhibitarum.

B. — A. de Beijer, cum ex Spicilegio doctiss. de Geer, tum ex mss.

Bat. — Flora Batava, edente Viro clar. Kops.

Bauh. — Bauhinus in Pinace et Histori a

Beauv. — Palisot de Beauvois, *Essai d'une nouvelle Agrostographie ou nouveaux Genres des Graminées.* Paris 1812.

Boerh. — H. Boerhaave, in Indice altero Horti Lugduno-Batavi, in quo Plantae indigenae cruce (†) notantur.

Dan. — Flora Danica.

DC. — Decandolle, in Synopsi Plantarum in Flora Gallica descriptarum. Paris 1806 et *Flore Francaise* 3 ed. Paris 1815.

dG. — J. L. G. de Geer, Plantarum Belgii confoederati Spicilegium alterum. Traj. 1814.

E. — Amicissimus W. P. van den Ende med. stud.

Engl. — *English Botany.*

Flor. — Floret.

G. — de Gorter, Flora VII Provinciarum Belgii foederati indigena. Harlemi 1781.

Gaud.

Gaud. — GAUDIN, Agrostologia Helvetica. Paris, et Genev. 1811.

Host. — HOST, Icones et Descriptiones graminum Austriacorum. Vindob. 1801 sqq.

Ic. — Icon.

K. — Vir clar. KOPS, ex Flora Batava et mss.

L. — LINNAEUS, Species plantarum.

LEERS. — LEERS, Flora Herbornensis. Berolini 1789.

M. — MEESE, Flora Frisica. *Franeker.* 1760.

MULDER. — Vir clar. N. MULDER, in Annal. Acad. Lugduno-Batavae A°. 1816—1817 et mss.

P. — PERSOON, Synopsis plantarum. Paris. et Tubing. 1805.

Pl — *Groeiplaats.*

R. — Vir clar. REINWARDT ex mss. et in appendice post SCHUURMANS STEKHOVEN, Kruidkundig Handboek. Amsterdam. 1815.

RAINVILLE — ex GORTERO et mss.

RS. — ROEMER et SCHULTES, Systema Vegetabilium. 1817 sqq.

SCHR. — SCHRADER, Flora Germanica, Gottingae 1806.

SIX. — W. F. SIX VAN OTERLEEK ex GORTERO et mss.

Sm. — SMITH, Flora Britannica, ed. ROEMER. Turici. 1804.

SPR. — C. SPRENGEL, in ROEMERI et SCHULTESII Systemate Vegetabilium, vol. VI.

VERM. — J. VAN SPYK VERMEULEN ex mss.

vG. — S. J. van Geuns, Plantarum Belgii confoederati indigenarum Spicilegium. Harderovici. 1788 et ex mss.

vH. — Quae, vel ex mea Synopsi Graminum indigenarum, Traj. 1821, vel ex propriis annotationibus, depromsi.

vH. app. — ibidem in appendice.

Vr. — Vir clar. Vrolik.

W. — Linnaei Species plantarum, curante C. L. Willdenow. Berol. 1797. sqq.

Z. — Amicus T. D. Vrydag Zynen ex mss.

⊙. — Planta annua.

♃. — Planta perennis.

♂. — Planta biennis.

♄. — Frutex.



FLORA

BELGII SEPTENTRIONALIS.

VOL. I. PARS I.

FLORA

VAN

NOORD-NEDERLAND.

I. DEEL. I. STUK.

CLAVIS CLASSIUM.

* Partes genitales conspicuae. *Phanerogamae.*

I. Stamina et pistilla in eodem flore.

AA. —— neque inter se, nec cum pistillo coalita.

A. —— subaequalia, numero diversa.

a. Stamen unicum. 1 *Monandria.*
b. Stamina duo. 2 *Diandria.*
c. —— tria. 3 *Triandria.*
d. —— quatuor. 4 *Tetrandria.*
e. —— quinque. 5 *Pentandria.*
f. —— sex. 6 *Hexandria.*
g. —— septem. 7 *Heptandria.*
h. —— octo. 8 *Octandria.*
i. —— novem. 9 *Enneandria.*
k. —— decem. 10 *Decandria.*
l. —— 11—19. 11 *Dodecandria.*
m. —— 20 aut plura, calyci inserta. 12 *Icosandria.*
n. —— — — ——, receptaculo inserta. 13 *Polyandria.*

B. Stamina 4 aut 6, quorum 2 reliquis breviora.

a. —— quatuor. 14 *Didynamia.*
b. —— sex. 15 *Tetradynamia.*

BB. Stamina aut inter se, aut cum pistillo coalita.

a. Filamenta in fasciculum 1 connata. 16 *Monadelphia.*
b. —— in fasciculos 2 connata. 17 *Diadelphia.*
c. Antherae connatae. 18 *Syngenesia.*
d. Stamina cum pistillo coalita. 19 *Gynandria.*

II. Stamina et pistilla in floribus diversis.

a. Flores masculini et feminei in eadem planta. 20 *Monoecia.*
b. —— —— — —— in diversis plantis. 21 *Dioecia.*

** Partes genitales occultae. 22 *Cryptogamia.*
Vide vol. II.

GE-

SLEUTEL DER KLASSEN.

* Planten met zigtbare geslachtsdeelen. *Zigtbaarbloeijenden.*

I. Meeldraden en stamper in dezelfde bloem.

AA. — noch onderling, noch met den stamper vereenigd.

A. — omtrent even lang, verschillend in getal.

a. Eéne meeldraad. 1 *Eenhelmigen* (1).
b. Twee meeldraden. 2 *Tweehelmigen.*
c. Drie ——— 3 *Driehelmigen.*
d. Vier ——— 4 *Vierhelmigen.*
e. Vijf ——— 5 *Vijfhelmigen.*
f. Zes ——— 6 *Zeshelmigen.*
g. Zeven ——— 7 *Zevenhelmigen.*
h. Acht ——— 8 *Achthelmigen.*
i. Negen ——— 9 *Negenhelmigen.*
k. Tien ——— 10 *Tienhelmigen.*
l. 11-19 ——— 11 *Twaalfhelmigen.*
m. 20 of meerder meeldraden, op den kelk ingeplant. 12 *Twintighelmigen.*
n. — — ——— meeldraden, op den vruchtbodem ingeplant. 13 *Veelhelmigen.*

B. 4 of 6 meeldraden, waarvan 2 korter dan de overigen.

a. 4 meeldraden. 14 *Tweemagtigen.*
b. 6 ——— 15 *Viermagtigen.*

BB. Meeldraden of onderling, of met den stamper vereenigd.

a. Helmdraden in éénen bundel te zamen gegroeid. 16 *Eenbroederigen.*
b. ——— in twee bundels te zamen gegroeid. 17 *Tweebroederigen.*
c. Helmknopjes te zamengegroeid. 18 *Zaamhelmigen.*
d. Meeldraden met den stamper vereenigd. 19 *Helmstijligen.*

II. Meeldraden en stamper in verschillende bloemen.

a. Mannelijke en vrouwelijke bloemen in dezelfde plant. 20 *Eenhuizigen.*
b. ——— — ——— ——— in verschillende planten. 21 *Tweehuizigen.*

** Planten met onzigtbare geslachtsdeelen. 22 *Bedektbloeijenden.* Zie Deel II.

GE-

(1) Ik meende deze uitdrukking, van *helmknopje* (anthera) afgeleid, te moeten verkiezen boven die van *Eenmannigen*, *Tweemannigen*, *Manwijvigen*, enz.

GENERA MONANDRIAE (1).

Ordo 1. *Monogynia.* (stylus 1.)

a. Caulis succulentus aphyllus. Stylus 2-fidus. Stigmata 2. — *Salicornia.*
b. Folia verticillata. Stylus simplex. Stigma 1. — *Hippuris.*

2. *Digynia.* (styli 2.)

a. Semen compressum, margine membranaceo. — *Corispermum.*
b. ——— calyce baccato tectum. — *Blitum.*
c. Capsula 2-locularis. Stamen exsertum. — *Callitriche.*

CLASSIS I. *MONANDRIA.*

Ordo 1. *Monogynia.*

Genus 1. SALICORNIA. Calyx ventricosus, integer. Petala o. Semen 1. P. g. 22.

Stylus 2-fidus. Stigmata 2. Plantae succulentae.

Species 1. *Salicornia herbacea*, herbacea patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis, spicis axillaribus oppositis pedunculatis, squamis obtusis. P. I. p. 5.

Salicornia herbacea L. W. Sm. DC. 2276. RS. I. p. 38. — G. 1, M. 1.

Salicornia annua Sm. (Engl. Bot.)

Ic. Dan. 303; Engl. 415.

Flor. *Augusto*, *Septembri.* ⊙.

2. *Salicornia procumbens*, herbacea procumbens, articulis obconicis, ramis simplicibus, spicis fastigiatis staminibus 2. RS. I, p. 39.

Salicornia procumbens. Sm. (Engl. Bot.)

——— *herbacea.* Ehrhart. (Beyträge VII, p. 178.)

Ic. Engl. 2475.

Flor. Augusto. ⊙.

2. HIPPURIS. Calyx obsoletus. Petala o. Stigma simplex. Semen 1 inferum. P. g. 23.

Calyx minimus. Stylus simplex. Stigma 1.

3. *Hip-*

(1) Clavis generum in hoc opusculo unice ad indicandas species *indigenas* comparata est; *exoticis* ejusdem generis speciebus inservire nequit.

GESLACHTEN DER EENHELMIGEN (2).

1e. Rang. *Eenstijligen.*

a. De steng sappig en zonder bladen. Het stijltje 2-spletig met 2 stempels. — *Zeekraal.*
b. Gekranste bladen. Het stijltje eenvoudig met 1 stempel. — *Lidsteng.*

2. *Tweestijligen.*

a. Het zaad zamengedrukt, met vliezigen rand. —*Vlieszaad.*
b. — — door eenen besvormigen kelk bedekt —*Sapkelk.*
c. De zaaddoos 2-hokkig. De meeldraad verre buiten de bloemkroon uitspringend. — *Haarsteng.*

I. KLASSE. *EENHELMIGEN.*

1e. Rang. *Eenstijligen.*

1e. Geslacht. ZEEKRAAL. De kelk is gebuikt, gaaf. Geene bloembladen. Eén zaad. P.

Het stijltje is 2-spletig, met 2 stempels. Het zijn sappige planten.

1e soort. *geleedde Zeekraal*, kruidachtig, uitgespreid, met aan den top zamengedrukte, uitgerand-twee-spletige geledingen, tegenovergestelde gesteelde bloemen, met stompe schubben. P.

Plaats Langs het Zee- en Maasstrand bij 's Gravesande; aan het zeestrand bij de Helder; in Zeeland, Vriesland en Groningen; ook bij Harderwijk. G. Bij Harlingen en Franeker. M. Op vele plaatsen aan het IJ bij Amsterdam. vH.

2. *nederliggende Zeekraal*, kruidachtig, nederliggend, met omgekeerd-kegelvormige geledingen, eenvoudige takken, even hooge aren, 2 meeldraden. RS.

Pl. In Zeeland. DUMORTIER.

2. LIDSTENG. De kelk naauw zigtbaar. Geene bloembladen, een eenvoudige stempel. Één zaad onder den kelk. P.

De kelk is zeer klein. Het stijltje eenvoudig, met 1 stempel.

3. *krans-*

(2) De sleutel voor de geslachten in dit werkje, is alleen voor onze *inlandsche* planten geschikt en voor *uitlandsche* soorten van hetzelfde geslacht van geen nut.

3 *Hippuris vulgaris*, foliis verticillatis plurimis (10–12) linearibus acutis. RS. I. p. 41.
Varietas α. *palustris*, foliis verticillatis patentibus. RS.

Hippuris vulgaris. L. W. Sm. P. p. 5. DC. 3657. — G. 2. M. 2.

Ic. Bat. 11; Dan. 87; Engl. 763.

Var. β, *fluviatilis*, caule fluitante, foliis submersis reflexis, emersis saepe in spiram tortis. RS.

Crescit in fluviis. VERM.

Flor. *Majo* ♃.

2. *Digynia.*

3. CORISPERMUM. Perigonium (corolla) 2-partitum. Stamina 1–5. Semen ovatum, compressum, hinc planum, inde convexum, nudum, margine membranaceum. DC. g. 320.
4. *Corispermum hyssopifolium*, spicis terminalibus, foliis linearibus enèrviis muticis. P. p. 5.
Corispermum hyssopifolium. L. W. DC. 2278. RS. p. 45. — vH. app. 1.
Ic. PALLAS fl. Ross. II. t. 98. f. E.
Flor. Julio ⊙.
4 CALLITRICHE. Calyx 0. Petala 2. Capsula 2-locularis, 4-sperma. RS. g. 39.
Stamen 1 exsertum. Flores nonnulli monoici.
5. *Callitriche verna*, foliis trinerviis superne aggregatis majoribus, seminum margine obtusiusculo. RS. p 46.
Callitriche aquatica. Sm.
——— *sessilis*. DC. 3655.
Var. α, foliis omnibus elongato-obovatis. RS.
C. verna. L. W. P. p. 5. ——— G. 3.
Ic. Dan. 129. Engl. 722.
Var. β, foliis inferioribus linearibus emarginatis (superioribus obovalibus). RS.
C. intermedia. W. P. p. 6. ——— dG. 1.
Flor. *Aprili*, *Majo*. ⊙.
Var. γ, ~~*caespitosa*, foliis lineari-lanceolatis utrinque~~ attenuatis, apice obtusis integris, caulibus caespitosis ramosissimis reptantibus. RS
Callitriche minima. HOPPE. HOFFMANN (germ. p. 2.)
6 *Callitriche autumnalis*, foliis omnibus per caulem sparsis aequalibus uninerviis truncatis, seminum marginibus membranaceis. RS. p. 47.

Cal-

3. *kransbladige Lidsteng*, met vele (10–12) gekranste, lijnvormige spitse bladen. RS.

Verscheidenheid α, *moeras-Lidsteng*, met gekranste wijdstaande bladen. RS.

Plaats. Op verscheidene plaatsen in de Betuwe, bij Leerdam, 's Gravenhage, in Noordholland en Groningen. G. In Vriesland. M. Op de Veluwe, bij Leyden en Haarlem. K. Tusschen Muiden en Naarden; in de sloten bij Bunschoten. R. Bij Nijmegen B. Bij Delft VERM. Bij Vianen en het dorp Heikop, in stilstaand water. vH.

Versch. β, *stroom-Lidsteng*, met vlottende steng, de ondergedoken bladen neergebogen, de bovengekomen bladen dikwijls als in eene schroef gekronkeld. RS.

Groeit in stroomend water. VERM.

Pl. In de Maas bij het fort St. Andries. VERM!

2. *Tweestijligen.*

3. VLIESZAAD. De bloemkroon is 2-deelig. De meeldraden van 1 tot 5 in getal. Het zaad eirond, zamen gedrukt, aan de eene zijde vlak, aan de andere bolrond, naakt, met vliezigen rand. DC.

4. *hysopbladig Vlieszaad*, met eindelingsche bloemaren, lijnvormige, ongeverfde, punteloozе bladen. P.

Pl. Aan het opgaan der duinen ter zijde van het klokkenhuis te Overveen. K.

4. HAARSTENG (water Sterrekruid). Geen kelk. Twee bloembladen. Eene 2-hokkige, 4-zadige zaaddoos. RS.

Er is slechts één meeldraad, die verre buiten de bloemkroon uitspringt. Sommige bloemen zijn eenhuizig.

5. *voorjaars Haarsteng*, met 3-nervige, boven aan den steng getropte en grootere bladen; de rand der zaden een weinig stomp. RS.

Versch. α. met alle de bladen uitgerekt-eirondachtig. RS.

——— *β* met de onderste bladen lijnvormig uitgerand (de bovenste eirondachtig). RS.

middelste Haarsteng, (bij sommigen zoo genoemd).

Pl. Beide verscheidenheden zijn in ons land vrij algemeen. De *middelste Haarsteng* wordt veel om Utrecht en bij de Bild gevonden.

Versch. γ, met lijn-lancetvormige, aan weerszijden versmalde bladen, aan den top stomp en gaaf; de stengen zodevormende, sterkgetakt, voortkruipende, RS.

Pl. Op vochtige gronden bij Nijmegen. B!

6. *najaars Haarsteng*, met alle de bladen op den steng verspreid, gelijk, éénnervig, geknot; de rand der zaden vliezig.

Callitriche autumnalis. L. W. P. p. 6. ——— G. 4.
———— sessilis ♂ DC.
Flor. *August*, *Sept.* ⨀.

5. Blitum. Calyx 3-fidus. Petala o. Semen 1, calyce baccato. P. g. 27.

7. *Blitum capitatum*, capitellis (florum) spicatis terminalibus P. p. 5 Capitella summa nuda.
Blitum capitatum L. W. DC. 2239. RS. p. 48. —M. 3.
Ic. Schkuhr. t. 1.
Flor. Julio. ⨀

8. *Blitum virgatum*, capitellis (florum) sparsis lateralibus. P. p. 6.
Capitella summa foliosa; omnia in axillis foliorum.
Blitum virgatum. L. W. DC. 2258. RS. p. 48. —M. 4. vH. app. 2.
Ic. Lamarck, Illustr. t. 5.
Flor. *Julio*, *Augusto* ⨀.

GENERA DIANDRIAE.

1. *Monogynia*. (stylus 1.)

I. Calyx superus — *Circaea*.
II. — inferus; corolla regularis. — *Ligustrum*.

III. — ———; ——— irregularis.

A. Corolla subregularis, unica tantum lacinia reliquis inaequali.
a. Capsula 2-locularis. — *Veronica*.
b. Semina 4 nuda. — *Lycopus*.
B. Corolla sublabiata; calyx basi 2-bracteatus. — *Gratiola*.
C. Corolla labiata, non calcarata. Filamenta transverse pedicello affixa. — *Salvia*.
D. ——— ringens calcarata.
a. Calyx labiatus, 5-fidus. — *Pinguicula*.
b. —— 2-phyllus, foliolis integerrimis. Plantae aquaticae. — *Utricularia*.

2. *Digynia*. (styli 2.)

a. Calyx multiglumis. Corolla o. (Plantae Cyperaceae) — *Cladium*.
b. —— 2-glumis. Corolla. (Gramen) — *Anthoxanthum*.

II. *DIAN-*

Pl. Op vele plaatsen in de sloten G. Bij Nijmegen B. Delft. VERM.! 's Gravenhage Z. Bij Haarlem E. Utrecht en de Bild vH.

5. SAPKELK. De kelk is 3-spletig. Geene bloembladen. Eén zaad, door den besvormenden kelk bedekt. P.

7. *kopvormende Sapkelk*, met aarvormende eindelingsche bloemhoofdjes. P.
De bovenste bloemhoofdjes zijn naakt.

Pl. Door MEESE bij Franeker; en door den heer VAN SPIJK VERMEULEN bij Delft gevonden.

8. *okselbloeijende Sapkelk*, met verspreidde zijdelingsche bloemhoofdjes. P.
De bovenste bloemhoofdjes zijn bladrijk en alle de bloemhoofdjes in de oksels der bladen.

Pl. In Vriesland. M. Bij mesthoopen op verscheidene plaatsen om Nijmegen en te Beek. B!

GESLACHTEN DER TWEEHELMIGEN.

1. *Eenstijligen.*

I. De kelk boven het vruchtbeginsel. — *Stevenskruid.*
II. — — onder — ————; de bloemkroon regelmatig — *Liguster.*
III. — — — — ————; — ——— onregelmatig.
A. De bloemkroon bijna regelmatig, met slechts ééne slip aan de overigen ongelijkvormig.
a. Zaaddoos 2-hokkig. — *Eerenprijs.*
b. 4 Naakte zaden. — *Wolfspoot.*
B. De bloemkroon bijna mondvormig; de kelk van onderen met 2 schutblaadjes. — *Genadekruid.*
C. De bloemkroon mondvormig, ongespoord. De helmdraden dwarsch op een steeltje gehecht. — *Salie.*
D. De bloemkroon kaakvormig, gespoord.
a. De kelk mondvormig, 5-spletig. — *Vetblad.*
b. — — 2-bladig, met gaafrandige blaadjes. Waterplanten. — *Blaaskruid.*

2. *Tweestijligen.*

a. De kelk veelbladig. Geene bloemkroon. (Biesachtige planten). — *Galigaan.*
b. — — tweebladig. Eene bloemkroon. (Eene Grassoort). — *Reukgras.*

II. DIANDRIA.

1. Monogynia.

6. LIGUSTRUM. Calyx 4-dentatus (inferus). Corolla 4-fida (regularis). Bacca 2-locularis, loculis 2-spermis. RS. g. 53.

9. *Ligustrum vulgare*, foliis lanceolatis acutiusculis, panicula coarctata. P. p. 8.

Ligustrum vulgare. L. W. Sm. DC. 2472. RS. p. 75.— G. 5. M. 5.

Ic. Dan. 1141; Engl. 764.

Flor. *Junio*. ♄.

7. CIRCAEA. Calyx 2-phyllus, superus. Corolla 2-petala. Capsula hispida, 2-locularis, non dehiscens; loculis 1-spermis. P. g. 45.

10. *Circaea lutetiana*, caule pubescente erecto, foliis ovatis acutis denticulatis subpubescentibus. RS. p. 270.

Circaea lutetiana. L. W. Sm. P. p. 10. DC. 3660. — G. 6.

Ic. Bat. 291; Dan. 210; Engl. 1056.

Flor. *Julio*. ♃.

8. VERONICA. Corolla (irregularis) limbo 4-partito; lacinia infima augustiore. Capsula 2-locularis. P. g. 46.

Calyx 4-raro 5-partitus inferus. Corolla rotata. Capsula compressa, ovata aut obcordata.

* Spicatae.

11. *Veronica maritima*, (spicis terminalibus) foliis ternis quaternisve ex ovata basi lineari-lanceolatis, acuminatis, profunde duplicato-serratis, cauleque subpubescentibus, calycibus subaequalibus, capsula brevioribus. RS. p. 87.

Planta difficillima. — Nostrum specimen a BEYERO acceptum paullo differt a descriptione *V. maritimae* Cl. WAHLENBERG bracteis calycibus paullo longioribus. Magis autem differt a — V. longifolia WAHL. RS. p. 91. foliis latioribus, pedicellis florum patentibus, calycis laciniis subaequalibus, lanceolatis, capsulâ multo brevioribus.

Ve-

II. TWEEHELMIGEN.

1. *Eenstijligen.*

6. LIGUSTER (Mondhout). De kelk is 4-tandig (om het vruchtbeginsel). De bloemkroon 4-spletig (regelmatig). De bes 2-hokkig, met 2-zadige hokjes. P.

9. *gemeene Liguster*, met lancetvormige spitsachtige bladen, zamengedrongen pluim. P.

Pl. In boschjes bij Zuideras in het graafschap Zutphen; in de duinen bij Wassenaar, tusschen Haarlem en Zandvoort; achter Haren bij Groningen. G. In Vriesland te Bergum en bij 's Heerenveen. M. In de duinen bij Wassenaar en Katwijk. MULDER. Langs de heggen in Tholen K. In Zeeland. DUMORTIER. In de heggen bij Utrecht; te Rheede boven Arnhem. vH.

7. STEVENSKRUID. De kelk is 2-bladig, boven het vruchtbeginsel. De bloemkroon 2-bladig. De zaaddoos stekelharig, 2-hokkig, niet openberstend, met eenzadige hokjes. P.

10. *gemeen Stevenskruid*, met zachtharige regtstandige steng, eironde spitse een weinig getande en zachtharige bladen. RS.

Pl. In vele bosschen in Gelderland, bij Gorinchem, Haarlem. G. Bij Roden in Drenthe; in de heggen der moestuinen om Utrecht; in het Haagsche Bosch. K. Bij Nijmegen. B. Bij Wassenaar MULDER. Bij Ubbergen boven Nijmegen. vH.

8 EERENPRIJS. De bloemkroon is onregelmatig, met eenen 4-deeligen boord, waarvan de onderste slip smaller is. De zaaddoos 2-hokkig. P.

De kelk is 4- soms 5-deelig, om het vruchtbeginsel. De zaaddoos zamengedrukt, eirond of omgekeerd hartvormig.

* *Aardragende.*

11. *zee Eerenprijs*, met eindelingsche aren, 3- of 4-voudige, aan den voet eironde, lijn-lancetvormige, gespitste, diep dubbeld-gezaagde, even als de steng bijna zachtharige, bladen, bijna gelijkvormigen kelk, korter dan de zaaddoos. RS.

Eene zeer moeijelijke plant. — Ons van DE BEIJER ontvangen exemplaar verschilt, door de schutblaadjes, die een weinig langer zijn dan den kelk, eenigzins van de door WAHLENBERG gemaakte beschrijving der *zee Eerenprijs*. Zij verschilt echter nog meer van de *langbladige Eerenprijs*, door hare breedere bladen, openstaande bloemsteeltjes, bijna gelijkvormige, lancetvormige kelkslippen, veel korter dan de zaaddoos.

Pl. Bij

Veronica maritima. L. WAHLENBERG. SCHRADER. P? p. 10 — R. p. 436. dG. 2.
Ic. SCHRADER de Veron. t. 1. f. 1; Dan. 374?
Flor. Junio ♃.

? 12. *Veronica longifolia*, (spicis terminalibus) foliis oppositis, ternis quaternisve, cordato-lanceolatis, acuminatis, duplicato-serratis cauleque pubescenti-tomentosis. RS. p. 91.
Veronica longifolia. SCHRAD? WAHLENBERG? P? p. 10. — G. 7?
Ic. SCHRADER de Veron. t. 2. f. 1.
Flor. Julio. ♃.

13. *Veronica spicata*, leviter pubescens, (spicis terminalibus) foliis crenatis, radicalibus oblongo-ovatis in petiolum decurrentibus, caulinis lanceolatis sessilibus, floribus spicatis, bracteis calycibusque pilosis. RS. p. 93.
Veronica spicata. L. Sm. SCHRAD. P. p. 10 — G. 8.
Ic. Engl 2.
Flor. Julio, Aug. ♃.
Obs. RS. t. 52. Florae Danicae ad *V. Clusii* SCHOTT ducunt.

14. *Veronica officinalis*, spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis obovato-subrotundis pilosis, caule procumbento hirto. P. p. 11.
Calyx 4-partitus. Corolla pallide coerulea, interdum alba.
Veronica officinalis L. W. Sm. SCHRAD. DC. 2418. RS. p 110 — G. 9. M. 6.
Var. α, foliis ovatis vel obovatis pubescentibus (subacutis) RS. p. 110.
Ic. Bat 81; Dan. 248; Engl 765.
Var. β. foliis obovato-subrotundis pubescentibus (obtusis). RS. p. 110.
Veronica Tournefortii SCHMIDTH. Bohem. n°. 12. (teste SCHRADERO) — vH. app. 3.
Varietas β non valde constans videtur, cum saepe in α transeat. Est autem vulgari triplo minor et racemo fere semper unico terminali instructa.
Flor. *Majo, Junio* ♃.

** *Corymboso-racemosae.*

15. *Veronica Beccabunga*, foliis ellipticis obtusis breve petiolatis, serrulatis, calycibus 4-partitis, caule procumbente, inferne radicante. RS. p. 105.
Veronica Beccabunga L. W. Sm. P. p. 12. DC. 2394. — G. 11. M. 8.

Ic.

Pl. Bij 's Hertogenbosch langs den weg naar St. Michiels-gestel; ook in een sloot in de Ooy nabij de Sluis. B! Aan den zeekant bij Harderwijk en bij 's Hertogenbosch. R.

? 12. *langbladige Eerenprijs* met eindelingsche aren, tegenovergestelde, 3- of 4-voudige, hart-lancetvormige, puntige, dubbeld gezaagde, even als de steng, zachtharig-viltige bladen. RS.

Pl. Te Heemze langs de Vecht in Overijssel. G.

13. *aardragende Eerenprijs*, een weinig zachtharig, met eindelingsche aren, gekartelde bladen, de wortelbladen langwerpig-eirond in den bladsteel uitloopend; de stengbladen lancetvormig, ongesteeld, aarvormende bloemen, behaarde schutblaadjes en kelken. RS.

Pl. Bij Uilenpas in het graafschap Zutphen; op Essenburg bij Harderwijk. G.

Aanm. Roemer en Schultes brengen de 52e plaat der *Flora Danica* tot de *Veronica Clusii.*

14. *geneeskrachtige Eerenprijs*, met zijdelingsche gesteelde aren, tegenovergestelde omgekeerd eirond-rondachtige behaarde bladen, liggende stekelharige steng. P.

De kelk is 4-deelig. De bloemkroon bleek blaauw, somtijds wit.

Versch. α. met eironde of omgekeerd eironde zachtharige spitsachtige bladen. RS.

Pl. Overvloedig in de duinvalleijen van Holland en elders op dorre zandige plaatsen. G. In de wouden van Vriesland M. Nijmegen. B. In het Sticht en bij 's Gravenhage. K. Bij Utrecht, Haarlem, Arnhem enz. vH.

Versch. β, met omgekeerd eirond-rondachtige, zachtharige stompe bladen. RS.

Deze verscheidenheid schijnt niet zeer standvastig te zijn. Zij is driemaal kleiner, dan de gewone, en meestal slechts van éénen bloemtros voorzien.

Pl. Bij Breda. Achter de Bild. Overvloedig te Rheede boven Arnhem en elders op drooge zandgronden. vH.

** *Tuil- of tros-dragende.*

15. *ovaalbladige Eerenprijs*, met ovale stompe kortgesteelde zaagtandige bladen, 4-deeligen kelk, nederliggende, beneden wortelmakende steng. RS.

Pl.

Ic. Dan. 511; Engl. 655.
Var. β. minor. RS. p. 105. G. 11. β.
Flor. *Julio.* ♃.

16. *Veronica Anagallis*, foliis lanceolatis (acutis) serratis, amplexicaulibus, calycibus 4-partitis, caule erecto. RS. p. 105.

Veronica Anagallis, L. W. Sm. P. p. 12. DC. 2393. — G. 12. M. 9.
Ic. Bat. 131; Dan. 903; Engl. 781.
Var. β, minor. RS. p. 105. — G. 12. β.
Flor. *Julio.* ♃.
Obs. Aliam eamque singularem varietatem memorat FAVROD in Fl. Bat. l. c.

17. *Veronica scutellata*, foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis, pedicellis pendulis patentissimisve, calycibus 4-partitis, caule erectiusculo RS. p. 106.

Veronica scutellata. L. W. Sm. P. p. 12. DC. 2392. — G. 13. M. 10.
Ic. Bat. 286; Dan. 209; Engl. 782.
Flor. Julio, Augusto. ♃.

18. *Veronica Teucrium*, racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis rugosis dentatis obtusiusculis, caulibus adscendentibus. P. p. 12.

Caulis pilis sparsispubescens. Folia pubescentia, grosse serrata. Calyx inaequalis 5-partitus.

Veronica Teucrium. L? W. DC. 2390. RS. p. 114. — vH. app. 4.
Ic. LOBEL. ic. 473.
Flor. Julio. ♃.

Veronica latifolia, L. indigena dicitur a MEESIO (Fl. fris. n°. 12) qui eam se reperisse dicit prope *Donjum* in Frisia.

19. *Veronica prostrata*, racemis lateralibus, foliis lineari-lanceolatis serratis, caulibus prostratis. P. p. 12.

Caulis non nisi sub anthesi adscendens. Calyx inaequalis 4-5-partitus.

Veronica prostrata. L. W. DC. 2391. RS. p. 111. — G. 14.
Flor. Julio ♃.

20. *Veronica Chamaedrys*, foliis inciso-serratis, summis cordato-ovatis sessilibus, infimis petiolatis ova-

Pl. Door ons geheele land op vochtige plaatsen zeer algemeen.

Versch. β. Is kleiner. RS.

16. *water Eerenprijs*, met lancetvormige spitse gezaagde stengomvattende bladen, 4-deeligen kelk, regtstandige steng. RS.

Pl. Door ons geheele land in slooten en moerassen zeer algemeen.

Versch. β. is kleiner. RS.

Aanm. In de Fl. Bat. t. a. pl. vermeldt FAVROD nog eene andere en zeer zonderlinge verscheidenheid.

17. *schildzadige Eerenprijs*, met lijn- lancetvormige bijna gaafrandige bladen, nederhangende of zeer openstaande bloemsteeltjes, 4-deeligen kelk, bijkans regtstandige steng. RS.

Pl. Op vele plaatsen langs den Zuiderzee-kant bij Enkhuizen, Muiderberg, Staveren, Harlingen; op Vlieland; in het Haagsche Bosch; bij Groningen. G. In Vriesland. M. Op vochtige plaatsen bij Lochem. R. Nijmegen. B. Bij Haarlem K. Amersfoort. FAVROD. Naarden VERM!

18. *zachtharige Eerenprijs*, met zijdelingsche zeer lange trossen, eironde gerimpelde getande stompachtige bladen, opgaande steng. P.

De steng, met verspreide haartjes, zachtharig.

De bladen zachtharig, grof gezaagd. De kelk ongelijkvormig, 5-deelig.

Pl. In den Tielerwaard aan den Waaloever tusschen Nijmegen en Waardenberg. In de weilanden langs de Waal tusschen Nijmegen en Beuningen. B! Op de duinen bij 's Hage. Z. Maarsbergen bij Doorn. DUBOIS.

De *breedbladige Eerenprijs* wordt als inlandsch opgegeven door Meese, die dezelve bij *Donjum* in Vriesland zegt te hebben gevonden.

19. *nederliggende Eerenprijs*, met zijdelingsche trossen, lijn-lancetvormige gezaagde bladen, nederliggende steng. P.

De steng is nooit, dan in den bloeitijd, opgaande.

De kelk ongelijkvormig 4- 5-deelig.

Pl. Te Bronsbergen buiten Zutphen. G. Buiten Zutphen aan den IJseldijk; tusschen Kampen en Zwol aan den dijk; op de weide buiten Arnhem aan den Rhijn. R.

20. *Gamanderlijn Eerenprijs*, met diepgezaagde bladen, de bovenste hartvormig eirond ongesteeld, de

ovatis; calycibus 4-partitis, caule bifariam piloso, racemis axillaribus oppositis caulem superantibus. RS. p. 116.

Folia subtus pilosa. Calyx aequalis.

Veronica Chamaedrys. L. W. Sm. P. p. 12. DC. 2389. — G. 15. M. 11.

Ic. Bat ; Dan. 448; Engl. 623.

Flor. *Majo*, *Junio*. ♃.

Var.? minor, rubescens, caule decumbente, racemo unico terminali. vH. Num chamaedrys spuria minor latifolia. BAUH? — G. 15. β?

*** *Floribus solitariis.*

21. *Veronica agrestis*, foliis petiolatis cordato-ovatis serratis, laciniis calycinis ovatis, caule procumbente pedunculis folio vix brevioribus. RS. p. 125.

Veronica agrestis. L. W. Sm. P. p. 15. DC. 2406. — G. 16. M. 13.

Ic. Dan. 449; Engl. 783.

Flor. *Majo*, *Junio*. ♃.

Var. β. Veronica flosculis oblongis pediculis insidentibus; chamaedryos foliis alternis. BOERHAAVE. lugdb. I. p. 226; no. 22. — G. 16. β.

22. *Veronica arvensis*, floribus subsessilibus, foliis inferioribus petiolatis cordato-ovatis serratis, caulinis crenatis, floralibus lanceolatis sessilibus pedunculo longioribus, laciniis calycis inaequalibus, capsula obcordato-compressa. RS. p. 125.

Veronica arvensis. L. W. Sm. P. p. 13. DC. 2404. — G. 17. M. 14.

Ic. Dan. 515; Engl. 734.

Var. β *nana*. LAM. DC. 2404. β. (exigua vix pollicaris)

Flor. *Aprili*, *Majo*. ⊙. (1).

23. *Veronica serpyllifolia*, foliis oppositis oblongis crenatis calycibusque glabris, racemis elongatis, floribus distantibus, caule adscendente. RS. p. 102.

Fo-

(1) Doctissimus KUHL, ut ab amico W. DE HAAN comperi, *Veronicam acinifoliam* W. RS. I. p. 124. prope Groningam reperisse dicitur. An certo *hanc* speciem viderit, non ausim affirmare.

de onderste gesteeld eirond; 4-deeligen kelk, tweërijig behaarde steng, in de oksels geplaatste tegenovergestelde trossen, boven de steng uitkomende. RS.
De bladen zijn aan de onderzijde behaard. De kelk gelijkvormig.

Pl. Op schaduwachtige plaatsen zeer algemeen.

Versch. Kleiner, roodachtig; met liggende steng, ééne eindelingsche tros. vH.

